

**Davidis in Ammonitas devictos Mitigata Crvdelitas : E Servato ... Verbisqve II.
Sam. XII. v. 31. Rite Translatis Adserta: ceu specimen Sinceritatis Scriptvrae V. T.
(Masora Throno theopneysias Mota) Trivmphantis**

[Jena]: Literis Nisianis, [1710?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn874339804>

Druck Freier  Zugang






OK
43


49. el. 4.


Fa-1092 (43.)

- Dean
1. Henr. Quint Theologiae exegeticae methodo analytica proposita et tota, bulis fucinato comprehensa. Lips. 1723.
 2. a. Cor. Schramm de dictis vel. Test. in veteri Testamento repetitis Helmsf. 1729.
 2. b. Christ. Ben. Michaelis de studiis partium a sacrorum literarum inter. pretatione renovanda. Hal. 1729.
 2. c. Franc. Wakenius de pietate critica Wittel. 1731.
 3. Jo. Reich. Rufin de variis Aegyp. montem Sinae aspectu Jen. 1716. rec. 1733.
 4. Jean de Serpente Ductore non naturali sed solo diabolo. ad Gen. III. 1-15. ibid. 1712.
 4. b. Jo. Trichmannus de ligatione Japheti ad Gen. XXXII. vers. 5. Jen. 1662.
 9. a. Jo. Andr. Schmidtus de oraculo a Rebecca confecto. Ad Gen. XXXVI. 21. Helmsf. 1712.
 9. b. Nich. Behera de Rachelis deliciis Judaicum ad Gen. XXX. 14. Wittel. 1660. rec. 1710.
 10. a. Christ. Bened. Michaelis antiquissimam Idumaeorum historiam ad Gen. XXXVI. 30-39. Hal. 1734.
 10. b. Godt. Fried. Gudius de Hebraica obeliscorum origine ad Exod. I. 15. Lips. 1724.
 11. Christ. Weis de duplici petra in deserto percurta ad Exod. XVIII. 1-7. vet. Num. XX. 1-13. Lips. 1727.
 12. a. Jo. Andr. Schmidtus de Jethrone ad Exod. II. et XVIII. Helmsf. 1715.
 12. b. Jo. Christ. Onoltius de fonte Jethronis principum baculis fons et comite ad Num. XXI. 16. 17. 18. Lips. 1718.
 13. Jo. Godt. Carpponius de annis jubileis secundum disciplinam Hebraeorum. Lips. 1730. (ad Levit. XXV.)
 14. Jo. Carol. Beheim de divorzio Jurae a DEO nunquam praecipito, neque etiam legaliter permissa. ad Deuter. XXIV. 1-4. et Malachi. II. v. 15. 16. et. Hal. 1729.
 15. 16. Jo. Fred. Schaeffer de aduersis iniquis Judaeorum detorsiones. Lips. 1727.

17. Lud. Friedr. Weisius de coelis et clausis Jobusacorum ad 2 Sam V,
v. 6, 7. O. Witteb 1721.
18. Jo. Andr. Sargius de Davidis in Ammonitas devictos mitigata
crudelitate ad 2 Sam. XII, 31. Jen 1710.
19. Jo. Friedr. Hageni ^{opus} ~~opus~~ ^{opus} Josephi Aegyptum iuste interfe-
cerit ad Exod II, 11. 12. 1685. rec. Witteb 1720.
20. Eundem Elias corcorus convictor ad 1 Reg. XVII, 1-6. Witteb 1685.
21. Jo. Christ. Heberstein de Maacha a regia renata ad 1 Reg
XV, 13. Lips. 1734.
22. Jo. Friedr. Majerus de Achabo appetente et Nabatho vitam
vineae postponente ad 1. Reg. XXI. 1685. rec. 1701.
23. Idem de reformatione Josiad regis ab idolo יהוה in templo
facto ad 2 Reg. XXII, 6. 7. 1685. rec. Witteb 1701.
24. Jo. Schmidii ⁱⁿ ~~disquisitionis~~ ⁱⁿ Antivedio festentiam de mystico
eo historiae Jobeae sensu. Lips 1703.
25. J. Faustii Exercitationis in Malum XXXIV. Argentor. 1701
26. 27. Jo. Gabel Pfeifferi commentationes in J. LXXVIII. Lips.
28. Jo. Henr. Michaelis ¹⁷²⁴ de libro Coheleth. Hal 1716 rec 1725
29. Christi Bened. Michaelis de Salomonis ad Lactitiam ep.
hortationibus ad Cohel. II, 2. 24. 26. III, 4. 12. 13. 22. V, 7. 10. 19.
VIII, 14. VIII, 15. IX, 7. 8. XI, 9. 10. Hal. 1729.
30. Jo. Schmidius de salutifera perruptoris resurrectione, ep. Mich.
II, 13. Lips 1705.
31. Jo. Gerh. Meier de succello et basi Ediorum. ad Anos. VI 26.
coll. Actos. VIII, 43. Helmsl. 1726
32. Jo. Reinh. Rufius de xxx hebdomadibus Danielis ad Dan. II, 24.
25. 26. 27. Jen 1720. rec. 1723.
33. Jo. Adam Quasius de vera significatione vocis אֱלֹהִים ad Abd. I. I.
Lips. 1729.







18.
2. D. B. V.
DAVIDIS
in Ammonitas devictos
MITIGATA
CRVDELITAS,

E SERVATO כתיב VERBISQVE

II. SAM. XII. v. 31.

RITE TRANSLATIS ADserta:

ceu specimen

SINCERITATIS SCRIPTVRAE V. T.

(MASORA THRONO Θεομευσίας MOTA)

TRIVMPHANTIS,

quod

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,

DOMINO

GVILIELMO HENRICO

DVCE SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE AC MON-
TIVM, ANGRIAE ITEM AC WESTPHA-
LIAE, ET RELIQ.

PRÆSIDE

IOH. ANDR. DANZIO

SS. THEOL. D. EIVSQUE EXTRAORD. ET SACR.
AC ORIENT. LINGV. PROF. ORD. FAC.
PHIL. SENIORE

ad d. XIII. Septemb. A.C. MDCCX. in Audit. Theol.

Fructuorum disquisitioni submitit

GODEHARDVS GEORGIVS SCHRADER
BRVNSVICENSIS.

LITERIS NISIANIS.

PER ILLUSTRIS ATQUE EXCEL-
LENTISSIMO DOMINO,
DOMINO
PHIL. LUDOVICO
PROBST
DE
WENDHAVSEN,
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI
DVCIS BRUNSVICENSIS AC
LVNEBURGENSIS
SUPREMO STATVS MINISTRO
ATQUE
REGIMINIS CANCELLARIO
EMINENTISSIMO,
DOMINO ATQUE MECOENATI SVO
GRATIOSO

Haec Studiorum Academicorum
primitias, ceu grati animi tesseram,
devotissime consecrat, Gratiam
perennantem, qua decet reveren-
tia, precatus

servus humillimus
GODEHARD, GEORG, SCHRADER.



7. 7.



DE Davide adhuc exule benè meruerat Nahas Ammonitarum Rex, à Saule olim ab expugnatione Jabes in Gilead impeditus, & ad interneconem fermè profligatus ^a. Sive odio adversus Saulem stimularus, fugientem ex aula Achis, benignè exceperit, & adversus hostem communem strenuè defenderit; ut multi putant ^b, Hieronymum secuti ^c. Sive ejus fratrem ex subdolâ Moabitarum Regis tyrannide elapsam, & instanter ab isto efflagratum, ejus subduxerit libidini, incolumem Davidi restitutum; ut contendunt Ebraeorum plerique ^d. Cujus

A jus

a) Vid. 1. Sam. XI. v. 1. sqq. v. 11. sqq. b) *Tostatus* quest. IV. *Corn. à Lap. Gasp. Santius* in 2. Sam. X. v. 2. c) *Question. Hebr. ad l. c. col. 28. tom. II. Edit. Marcian.* d) *Jalkut* ad 2. Sam. X. f. 22. c. 2. *Abarb.* ad l. c. f. 151. c. 4. it. ad 1. Sam. XXII. 3. f. 122. c. 2. *Mittlenoth Cebünna* ad *Bam nidbar rabb. Sect. XIV. f. 256. c. 2.* provocant ad *Medr. Tanchuma*; & *Raschi* determinatè ad *Sect. יורה דעה*. Ubi tamen non extat. In *Rabbot* verò l. c. habetur: מואב סיר רחצי לפי שבערתי

3
34. 6.
37
3
32. 38.
3

2
27
26
25

jus beneficii memor, quamcunque arripiebat occasionem David, ut se gratum benefactori probaret, ejusque familiaris. Hâc fine in Regno jam confirmatus, morte Nahasi cognitâ, legatos mittit ad filium successorem Hanun: qui salarentur juvenem, Patrem immodicè lugentem; pro nam Davidis voluntatem in isto colendo, ac amicè habendo, pluribus significaturi. Adhibebat huic negotio procul dubio Palatinos quosdam, summa apud suos dignitate præditos; qui tamen protervè nimis excepti fuerunt à Rege juvene, per Proceres suos, vana suspicione motos, seducto.

Expositâ quippe legationis causâ, pluribusque Davidis

שברח דויד מפני שאול הולך אביו ואמו אל מלך מואב כי היה ירא מפני שאול והיה בוטח בהם לפי שהיה מרות המואבים ההך וילך דוד משם מצפה מואב ויאמר וגו' ואומר וינחם את פני מלך מואב וישבו עמו כל ימי היות דוד במצודה ולכך קראו סור מרה חכשר מתעכל בסור כן נתעכלו שם שהרגם מלך מואב ולא נמלט מהם אלא אח אחד לדויד שברח אצל נחש בני עמון. ושלה מלך מואב, אחריו ולא דצה ליתנו והוא i. e. Psal. 60. 10. & Pf. 108. 10. dicitur, *Moab est olla ablutionis mea: quoniam quo tempore David in fuga erat propter Saulem, abire jussit Patrem suum ac matrem ad Regem Moabitaram. Quia iram Saulis timebat, in illis autem fiduciam ponebat, quia ex Ruth Moabitide oris fuerat. Vid. Ruth. IV. 17. Hoc ipsum enim est, quod dicitur 1. Sam. XXII. 3. Et ibit exinde David ad speluncam Moabitaram. Et dixit Regi Moabitaram, exeat queso! pater meus et mater mea vobiscum, donec cognosero, quid mihi Deus factururus sit. Et porro dicit l. c. v. 4. Et duxit eos in conspectum Regis Moab, quo cum habitarent, quamdiu erat in spelunca ista. Atque adeo vocat eam ollam. Ut enim caro in olla concoquitur, ita illi ibidem fuerunt consumti. Rex quippe Moabitaram trucidabit eos, nemine fugâ elapso, præter unicum Davidis fratrem: qui aufugit ad Nahas Ammonitarum Regem. Misit quidem post eum Moabitaram Rex, qui eum repeterent: sed noluit eum tradere. Et hæc est celebrata illa benignitas, quam præstitisse dicitur Nahas Davidi 2. Sam. X. v. 2.*

vidis in Hanonem beneuolentiâ declaratâ: Ipse contra risui exposuit Legatos, eosque barbâ ab uno latere rasâ, vestibisque ad nates usque præcisâ^e, dimisit sine responsione ad Davidem perferendâ. Grande nefas hocerat: quojus gentium, quod Legatorum securitati honorique conservando quovis modo prospicit, enormiter violarat. *Convelli barbâ*, summum priscis omnibus visum est ludibrium. Judæis eò magis intolerabile, quod barbæ curam ex lege divinitus præscriptâ servabant: quæ severe præcipit, ne *latus barbæ perdant*^f. - Vestibus utebantur talaribus: quæ ad nates mutilatæ, morionem potius referebant, in verendis tuendis periclitantem; quàm personam Principem.

Quapropter ingens inde exarsit bellum. Quo barbarus hic jocus tres auri milliones^g, ad initium belli consumsit, pro milite auxiliari conducendo. In primo congressu, omnes in fugam acti fuere^h: in altero supra quadraginta millia hominum mactatiⁱ. Urbs regia tandem capta, ejusque opes militibus expositæ diripientibus^k. Rex throno deturbatus^l: ejusque Principes, qui contumeliam Legatis inferendam consuluerant, malè mulctati. Populus autem sub hastam missus: *in ferrisodinis, lapicadinis, ac lignis ferrâ scindendis*, miseram sub servili conditione transegit vitam.

A 2

Id

e) Vid. 2. Sam. X. v. 4. f) Lev. XIX. 27. g) juxta supputationem Drexelii, in *Vita David*, cap. 22. §. 3. h) 2. Sam. X. v. 13. 14. 1. Chr. XIX. v. 13. 14. i) ll. 66 v. 18, seq. k) 2. Sam. XII. v. 26, 30. l) l. c. v. 30.

Id enim innuere videntur verba textus originalis ^m:
 ואת העם אשר בה הוציאת וישם במגרה וכחריצי הכרות
 ובמגרות הברזל והעביר אותם כמלכן וכן יעשה לכל ערי
 עמון. quæ ita transferenda judico: & *populum,*
qui in eâ erat, exire coegit, & posuit ad ferram, & in ferrifodi-
nas, atque ad scalpra ferrea, postquam transire fecisset eos unâ
cum Rege suo. Atque ita fecit omnibus civitatibus filiorum
Ammon. Priora, ad sensum longè duriorè reddendum,
 ita transtulerunt Interpretes ad unum omnes, ut *immanis*
Davidi adscribatur crudelitas; quâ omnem humanam læ-
 vitiam superarit, & mores induerit prorsus belluinos. *A*
quo crimine ipsum pro virili vindicabo. eâ usurus methodo,
 ut I. Aliorum modestè examinem sententias: II. meam
 succinctè subjungam; rationibus, quibus innititur, ubivis
 suppeditatis: eamque III. à dubiis quibus involvi videtur,
 sincere liberem. De singulis aperte & libere pronuncia-
 bo: verborumque curioso delectu neglecto, rerum confi-
 derabo pondera. In id orationis scopum dirigens, ut lite-
 ram scriptam, seu כתיב Criticis vocatum, unice defendam;
 autoribus קרי de throno θεοπνευσίας motis. Deus, qui
 literarum in textu extantium Autor habetur Nostris omni-
 bus, quique *Veritas* ipsa, ita hos dirigat conatus, ut & inde
 constet, *veritatem* non nisi *unicam* fore; nihilque in liti-
 ris scripto expressis contineri, quod non commodum con-
 tineat sensum, orationis filo aptissimum.

CONTEN-

CONTENTA OPERIS.

§. 1. Versio Vulgata, Hieronymi auctoritate munita. §. 2. Aliorum, LXX. Intt. Lutheri, Pagn. Vatabli, Castal. Jun. Trem. Schmid. Cler. Belg. Angl. Gall. Ital. consensus, speciatim *Sancti*. §. 3. *Josephi*, & *Zonara* sententia. §. 4. *Tribula* seu *plostellum* quid? juxta *Isidor.* *Hisp.* *it.* *Hieron.* & vi suæ originis. §. 5. Judæorum consensus, primò *Jonathanis* b. *Uziel*, deinceps *R. Salomonis*, *Dav. Kamchii*, *R. Levib*, *Gerson*, *Isaaci Abarbanclis*. §. 6. quo fundamento *Judei* approbent hanc *Davidis crudelitatem*. §. 7. parum convenit cum laude, *Davidi* in *Sacris* tributâ: nec proportionem servat cum delicto. §. 8. innocentes obrueret. §. 9. *Gasp. Sanctii*, & *Job. Clerici* de facto isto judicium. §. 10. Non excusat multitudo similiter scipientium. §. 11. nec, si *Ammonitæ* ipsi victis à se ita insultassent. §. 12. nec *Nahasi* minæ id meruerant. §. 13. *Lyrani* & *Dionysii* excusatio, quod in solos contumeliæ autôres sciverit, *Scripturæ* est contraria. §. 14. nec toleranda scivitia, etiamsi, juxta *Clericum*, solos tetigerit armatos. §. 15. tempestivè se parare ad resistendum, victum à jure humanitatis non excludit. §. 16. speciali *Dei* mandato *David* non fuit excitatus ad tyrannidem exercendam. §. 17. nec victor evasit in statu peccaminoso, ut opinatur *Sanctius*. Cap. II. §. 18. nihil in textu, de morte illatâ, nec de fornace *laveritia*. Admittit tamen קרי sensum benigniorem: utut loco minus conveniat. §. 19. *Seb. Schmid.* laudatur. §. 20. quid מגרה, & מְגֹרֶת חֲבָרֹה? §. 21. חרצי ברזל *ferri fodinæ* notant, non *plostella*, aut *tribulas*. §. 22. *Schmidii* sententia de modo applicandi instrumenta supplicii. §. 23. Verba textus plana sunt: quare non admittant sensum hæctenus conceptum? §. 24. Ponere aliquem ad aliquid, stylo biblico idem est ac *applicare rei cuidam*. §. 25. Nil egit *David* moribus ætatis contrarium. Bello capti evadunt servi pœnæ, damnati ad metalla. §. 26. *David* plurimis extruendis ædificiis intentus erat. §. 27. non modò spolia hostibus detracta *Deo* dicabat: sed peregrinos contrahebat ad opus faciendum; *Israelitis* bello studentibus. §. 28. *Scripturâ* & *Josepho* testibus, bello capti à *Davide* adhibebantur ad ligna secanda, parandum ferrum, cædendosque lapides. §. 29. Erat enim *Israelitarum* terra, ut *pascuosa* & *frumentaria*, ita *metallis* conspicua. §. 30. nominetenus *ferri fodinæ* eò locant *Talmudici*, & *Josephus*. §. 31. ipsa *Scriptura æris ac ferri fodinæ* illi tribuit. Ferro impleve-

pleverunt Danitæ Tyriorum fora : nec aliorum commercio carere potuissent, nisi ipsi ferro hominibus summe necessario, abundassent. §. 32. Opera metallicorum molesta erat ingenuis, etiam ob *isrum odorem, & exhalationes nocivas.* §. 33. Regis Ammonitarum pœna dubia. §. 34. Certa tamen, & præter *remotionem* ab imperio, in exilio suscepta. Cap. III. §. 35. Cui non obstat Suffixum ꝑ ordinariè fœmininum. §. 36. Nec 1. Chr. XX 3. ubi Vulg. multa temere addit, & expressa omittit. Alii vertunt *ferravit ferrâ.* §. 37. Cardo rei in voce וַיִּשֶׁר: quam perperam in וַיִּשֶׁר mutat Capellus, à Buxtorffo ea propter castigatus. §. 38. Si Dagesch excidisse dixeris, pro prima נ supplendâ, diversos sensus alios admitteret. §. 39. Unicè verus est, si literis & punctis omnibus servatis, veritas & *recedere fecit*, è patria scilicet, correspondens וַיִּעָבֵר 2. Sam. XII. 31. Nam ex שׁוּר *præfici* formatum, multos figit scrupulos. §. 40. nec pauciores, si ex מְשׁוּרָה *mensura* formares; aut §. 41. וַיִּשֶׁר legeres, mutatis, præter vocales, punctis diacriticis.

§. I.

TRes vigent in universo terrarum orbe celebriores Bibliorum Versiones antiquæ, juxta quas, in rebus fidei & morum, fere decernunt eruditi. Duæ inter Christianos; inter Judæos tertia. Illi LXX. Interpretum græcam, Vulgatamque latinam reverentur; hi Jonathanis Chaldæam. Et quanquam sint utrinque recentiores, qui omnia paulò penitius examinant; ad istas tamen tanquam ad sacram anchoram ubivis ferme confugiunt, & juxta illas examinant, quicquid de novo à quolibet excogitatur quotidie. Quam deploranda ideò sit Eruditorum conditio, & infinitis obnoxia erroribus, judiciiisque sæpe ineptis; nunc unico docebo exemplo. Plura subinde, sufficienti oblatâ occasione, suppeditaturus. In posteriori Samuelis libro c. XII. v. 31. conti-

ne-

netur historia, quæ Davidis Clementiam, contra laudem toties à Deo ipsi tributam, multis suspectam reddit, eumque turpi immanis crudelitatis maculâ, apud quoscunque Versionum sectatores, contaminat. Dum in Vulgatâ dicitur: *populumque Ramæ, Ammonitarum metropoleos, adducens ferravit, & circumegit super eos serrata carpenta: divisitque cultris, & traduxit in typo laterum.* HIERONYMVS^a *ferravit eos inquit, serratis carpentis, & divisit cultris, sicut lateres dividi solent, qui ex paleis conficiuntur & luto.*

§. 2. Ultima suppliciorum species debetur lectioni marginali, quam רפ vocant: clariusque à LXX. Intt. exprimitur, $\text{דִּיגָּרְרָן אֲדָרְסָ דִּיאַ עַל לִידִּים}$ i.e. *transire fecit eos per fornacem lateritiam: Luch. er verbrand sie in Siegelöfen.* Quam mentem omnes in universum recentiores Versiones referunt, Pagnini, Vatabli, Tigurina, Castalionis, Junii ac Tremellii, Belgica auctoritate Statuum munita, Anglicana, Gallica, Italica, & nuperrimæ B. nostri Schmidii, ac Joh. Clerici. Tædiosum foret, omnium verba enarrare ordine. Solius Vatabli, quo cum Tigurini prorsus conspirant, suppedito. Populum ait, qui in ea erat, eduxit, & posuit sub serras, & sub tribulas ferreas, ac sub ferreas secures, coniecitque eos in fornacem calcariam. Priorum hanc addidit explicationem: *ferris secuit, tribulis si-ve trabis, quæ ab equis traherentur, proterendos curavit, & securibus interfecit.* Traductionem per

a) Quæst. Hebr. in libr. Reg.

per fornacem lateritiam Belgæ in notis, eod. modo explicant, quo supr. B Lutherus : *by lietje door-zagen, met yfere getakte dorsch-vvagens verpletteren, met bylen doorhouwen, ende in tichel.ovens verbranden.* GASP. SANCTIVS^b paulò specialius id genus scævitiæ explicat, asserens, *Ammonitas conjectos fuisse in fornacem, quemadmodum in illam conjiciuntur lateres, & ad illorum exemplar; & talia ibi passos fuisse, qualia ibidem patiuntur lateres. Neque magis in eorum dolore doluisse Davidem, aut majorem habuisse curam, quàm habeat figulus, qui formatos è luto lateres in fornacem immittit. ubi excoquantur durissimè. Quoad rem eadem tradunt omnes; nisi quod in verbis quandoque discrepent.* CASTALIO, oppidanos ait, *eduxit, & ferris, tribulisque ferreis, & securibus excruciatos, & per lateritiam fornacem trajectos necavit.*

S. 3. Idem & alii statuunt. Nec potuerunt aliter Patres pristini, modernique Theologi omnes, quotquot additi sunt unicè Versionibus. Nullum inter universos discrimen; nisi quod pudeat quosd. facti. Ita ut omnes tyrannidis species sigillatim enarrare non lustineant; sed paucis referant, quod crudeliter prius excruciatos, contrucidavit tandem. In horum numero est JOSEPHVS^c: qui *ὁ δὲ ἀνδρῶν* inquit, *ἀντιοχίου* & *διὸ Πρωπύου*, h. e. *viros contumeliosè mutilatos interemit.* ZONARAS^d cruciatum quidem omittit, mortem tamen

b) Comment. in L. c. f. 713. c) Antiq. Lib. VII. cap. 7. pag. 228. d) Annal. Lib. 2. c. 3. p. 75.

tamen omnibus illatam asserit, τὸ τῆς πλῆθους inquit, πλῆθος δὲ φθῆρα, i. e. urbanam multitudinem trucidant. Nullo sexus habito discrimine. Tām Ebræorum עמ, quàm græcorum πλῆθος, utrumque sexum complectitur. Et plostella illa, seu tribulæ, de quibus putant sermonem hîc fieri, sexui sequiori inprimis creduntur pernitiola.

§. 4. Tribulam ISIDORVS HISP. e genus vehiculi dicit, unde teruntur frumenta, ob hoc ita vocatum. Cum à tero, teris, fiat tribulum, quasi teribulum. HIERONYMVS f plaustri genus intelligit, quod rotis subter ferreis atque dentatis voluitur; ut excussis frumentis, stipulam in areis conterat, & in cibos jumentorum, propter sæni sterilitatem, paleas comminuat. Rotæ nomine cylindrum comprehendit, ebraicè פורקן ab incidendo dictum, nostris etne Walke. Ebraicè id nominis obtinuisse putatur, quod incisiones continuæ per totam ejus longitudinem ductæ, cylindrum talem s. plostellum undique dentatum reddiderint g. Ut etiam Jesaias non dubitarit id vocare בעל פיפות h, i. e. incisionibus ceu oribus con-

B tinu-

e) Origin. lib. 20. c. 14. f) Comment. ad Amos 1. 3. g) in Cod. Sebachino f. 116. b. l. 23. Menach. f. 22. a. l. 13. & Avoda Sara f. 24. b. l. 9. sqq. explicatur ubi per מורג (pro מריכול) tribulum; & hoc interpretatur per עין דף גדול ועב מאור (Vid. Ulyss. Aldrov. Ornithol. lib. XII. c. 1. p. 687. Edit. Bonon.). Per quam porro intelligunt in Gloss. marg. עמקות הכופות זו אצל זו ורשב"י ב"ה הכופות והתבואה נכנסו בדיוש והתבואה נחבטת i. e. tabulam magnam & nimis densam, latam item, & multis disceptam incisuris secundum latitudinem suam: quæ profunda sunt, & sibi invicem connexa. Quæ tritare solent frumentum: incisuris istis, s. dentibus prominentibus, ita inter struram dum impressis, ut proventus excutitur. h) cap. XXVIII. 27. c. XLI, 15.

statuit eo in loco, quo lateres excoquere consueverint 9. R. Le-
viben Gerson^r, ac Don Isaac Abarbanel, Kimchiana in o-
mnibus approbant, præterquam in eo, quod *secures ferreas*
rectè applicent ad ferrea illa lapicidarum instrumenta,
quibus *secant, findunt, scalpuntq; lapides*^s, adhibita hîc ad
homines iis trucidandos. Addunt etiam, *distinctas* has *suppli-*
ciorum species ideò exprimi, ut indicetur, *immani omnes cru-*
delitate fuisse interemptos, multis istorum eo in loco combustis,
coque modo, quo *exuri solent lateres*. Idque eum in fi-
nem, ut audirent gentes vicinæ, ac Davidem timerent; nec
conarentur amplius in minimo lædere aut offendere Ju-
daos^t.

§. 6.

מחופין כלבנים i. e. *Jonathan transtulit, & traxit eos per plateas, i. e. traxit*
sosdem per plateas stratas lateribus. Ad morem plerarumque urbium hodiernum in Bel-
gio ita stratarum. q) Verba ejus sunt, שרפם במקום ששורפים שם הלבנים
i. e. *combussit eos in loco, quo comburere solent lateres*. r) Ita enim ait: העביר
אותם באש התנור שעושין שם הלבנים כי הוא נקרא מלבן על
שם הלבנים וגו' i. e. *transire fecit eos per ignem fornacis, qua præparant lateres*.
Hæc enim vocatur מלבן lateraria, à lateribus. s) Verba R. Levi b. Gerson sunt
חריצי הברזל הם כלי ברזל גדולים שרשין בהם התבואה וכן
מנורות הברזל גם כן כלי ברזל גדולים ויחככו בהם האבנים.
i. e. *chirizi ferri, sunt basia instrumenta ferrea, quibus triturant proventum. Atque*
ita scalptra ferrea similiter sunt instrumenta ferrea ingentia, quibus scalpunt lapides.
Abarbanel ait, הם אשר יחתכו בהם האבנים *sunt instrumenta, quibus fin-*
dunt lapides. t) Abarbanelis verba sunt, ואמר כל זה להודיע שהמיתם, שם הלבנים
באכזריות רב כדי שכל שאר האומות ישמעו ויראו ומהם העביר
במלבן כלומר ששרפם במקום ששורפים הלבנים
i. e. *Dicit autem hoc omne, ut significet, quod trucidarit eos per crudelitatem enormem: ut relique gentes*
omnes audiant & timeant. Nam quosdam eorum transire fecit per laterariam, h. e. com-
bussit eosdem eo in loco, quo exurunt lateres. Ralbag inquit, יש באלו הדברים
מן האכזריות יותר מההריגה בחרב פיפיות i. e. *continetur his rebus*
crudelitas longè major necesse per gladium ancipitem illatâ. In præcedentibus dixerat:
בנה המשפט יש בו אכזריות מה שלא יעלם והנה היה רצונו בזה
i. e. *in judicio hoc quedam*

§ 6. Scil. genti superbæ, quæ se solos homines arbitratur, alias extra se nationes, pecudes ^u, nihil dirum videtur aut injustum, quod in alios suscipitur à se diversos: modo in vindictam id fiat lætæ utcunque majestatis Judaicæ. Unde & parum solliciti sunt, utrum humanitatis terminos in eo transgressus sit David, an minus? Cum addant, ipsum egregio hoc facinore perpetrato, Jerusolymas reversum fuisse cum suis, בשמחה ובששון i. e. *latum & exultandum* ^x. Ut qui omnia ex voto peregisset.

§. 7. Christiani v. qui ad justitiæ lancem factum hoc examinant, & perpendunt, quamlibet pœnam s. vindictam delicto proportionatam requiri; eò magis sollicitè totum hoc negocium considerant, quò frequentius deprehendunt in Sacris Davidi summam pietatis laudem deferri: *qui fecerit rectum in oculis Domini, neque recesserit ab ullo, quod jusserit eum omnibus diebus vite sue, præterquam in causa Vria Chittai.* Id quod factò hætenus memorato non usquequaque competere videtur. Quippe extra dubium illud est, Davidem in nulla re læsum fuisse, nisi in Legatis contumeliosè exceptis, quibus mentum dimidium barba nudatum fuerat, vestibus ad nates usque decurtatis.

B 3

Rex

continetur crudelitas, que minimè potuit latere. Ad autem hoc ipso intendebat, ut timerent gentes reliqua, bellum inferre Israëlitis. u) Ita disertè docent multis in locis, v. g. Cod. Bab. Meziat. 114. b. l. 5. sqq. è verbis Ez. 34. 31. אתם קרוין אדם ואין אתם קרוין אדם חסד אלה בשמחה i. e. Vos quidem Israëlita; vocamini titulo hominis: nemo autem Gentilium homo dicitur, sed bestia. Quod repetitur Cod. Joram. f. 61. a. l. 2. sqq. Ceritbuth f. 6. b. l. 43. Raschi ad Jon. IV. 11. Bechai ad Num. XIX f. 174. c. 3. l. 31. sqq. In Cod. Berach. f. 58. a. l. 29. sqq. is qui cum gentili consueverat, dicitur *inivisse asinam.* x) Verba sunt Abarbanelis ad l. c. y) I. Reg. XV. 5. conf. c. IX. 4.

Rex erat junior, nuper admodum ad dignitatem hanc e-
 vectus; atque adeo in jure gentium observando parum
 adhuc exercitatus. Ex mera præcipitantiâ deliquerat, à
 suis seductus Principibus. Nec vim intulerat Legatis,
 exitium afferentem. Vestes brevi mutare poterant cum
 aliis: & barbam paucarum hebdomadam vel mensium re-
 staurabat intervallum. Quod si irrisionem hanc, utpote
 ex contemptu Davidis ortam, & in personis reverenter
 habendis commissam, vehementer exaggeres; dixeris, eâ-
 dem Regem justam belli causam præbuisse, quo Ipse unâ
 cum subditis & Consiliariis, puerilem lueret petulantiam.
 Sed talis vindictæ, quæ supra descripta fuit, excedit omnem
 proportionem, humanitatis memoriam exiit, & plus
 quàm belluinam prodit indolem.

§. 8. Deliquerit Rex: offenderint Principes, ejus
 Consilarii enormiter, quod Regem juvenem & ferocem
 ad contumeliosè agendum incitarint. Sed in quo plebs
 peccarat, ut rerum omnium ignara, tam atroces daret pœ-
 nas? Quod si & subditus jure lueret Principum dementi-
 tiam; suffecisset, hunc bonis privare: aut si omninò in
 armis deprehensus, jure potuit interfici; simplici mortis
 genere necari debebat: non tam contumelioso enecandus
 erat cruciatus.

§. 9. Quippe factum hoc Davidis, ut Sanctius² attesta-
 tur, planè barbarum est, & ejus, qui omnem humanitatem ex-

uit

2) ad 2. Sam. XII. 31. nr. 61. p. m. 712.

uit, & ferinos imbibit mores & spiritus. Quod tantum facit
 verisimile peccati natura, quæ homines ferino ingenio reddit
 quàm similes. Interjectis quibusdam, pergit: Quantò
 satius fuisset, violata legationis scelus mansisse impunitum,
 quàm in vindictâ sumenda omnem exuisse humanitatem, se-
 que ac nationem integram omnibus reddere invisam! Si Da-
 vid Judæorum Rex primus fuit harum pœnarum inventor,
 non immerito infert vir magni iudicii multæque lectionis
 Job. Clericus, modernus Scripturæ Interpretes celeberrimus,
 non potuerunt vicini vituperari, si Hebræos immanissimas feras,
 non homines fuisse, credidissent. Quod & eos ad concubitiâ in
 Deum Israelis jacienda adducere potuisset, alienosque planè ab
 ejus cultu reddere. Nusquam apud Ethnicos, nisi sorte effera-
 tas barbarie gentes, ita in victos sevitum est. In præceden-
 tibus dixerat: He pœna nimis sine dubio fuissent violatorum
 legatorum: quibus illata quidem fuerat contumelia; sed qui
 malo nullo fuerant alioquin affecti. Nulla fuisset injuriæ illa-
 ta & ultionis proportio, si propter sedas partim barbas & ve-
 stes, Ammonitæ fuissent promiscuè serrâ dissecti, tribulis ac se-
 curibus ferreis subjecti, ac in fornacem ardentem coniecti. Tàm
 immania hæc sunt supplicia, ut nullâ ratione excusari posset Da-
 vid, si primus ejusmodi exemplum statuisset, aut in vulgus
 Hammonitarum, propter Regis peccatum, sine discrimine, tàm
 crudeliter sevitisset.

§. 10. Excusationis scopum & naturam non habet,
 quod GROTIUS adfert, supplicium fuisse in terra ista non
 in

incognitum, quo & Iesaiam affectum à Manasse dicant Ebraei, non abnuente Epistola ad Hebræos ^a. Quod & in milites quosdam usurpari Valens Imperator, & cuius proferent exempla in historia Suedica, Turcica, & Neapolitana. Multitudo enim errantium non parit errori patrociniū. Præter citatos ab ipso, etiam Caligula quosdam medios ferrâ dissectuisse dicitur Suetonio ^b; & alii, à Casaubono ad l.c. notati, idem fecerunt. Sed omnes ingenii sævitiam tali facinore declararunt, istorumque nemo crudelitatis notam evitavit. Quàm acerbis factorum pœnas Manasses dederit, abundè testatur Scriptura.

§. 11. Parum quoque excusabit Davidem, etiam si cum laudato CLERICO, dixeris, *Ammonitas ipsos sic solitos fuisse facere*. Quia res suâ naturâ turpis, non est ad exemplum trahenda: & quo quis prudentior, eò solet, & esse debet, clementior. Ut taceam, conjecturam illam incertam fore, nulloque, ante Davidem, probari posse exemplo.

§. 12. THEODORETI ^c & PROCOPII ^d excusatio, ab eo petita, quod Nahas Chanuni pater, Ammonitarum Rex, *sabelitis in Gilead dexteros eruere voluerit oculos* ^e, invalida est. Non modo quod ad hanc crudelitatem nullo modo accedat: sed & in meris substiterit minis, quæ nunquam executionem habuerunt. Adhæc præsentium Patres tale quid tentarant; quorum pœna non erat

a) Hebr. XI. 37. b) in vita ejus c. 27. c) Quæstion. in 2. Reg. nr. 27. p. 279. d) p. m. 132. e) 1. Sam. XI. v. 2.

à filiis sumenda. Ut taceam, istos jam satis punitos fuisse perstragem à Saule illatam : atque aded ejusdem facinoris poenam necbis debuisse infligi, nec graviozem delicto.

§. 13. LYRANI & DIONYSII Carthusiani exculpationem, quod *in paucos saltem servitum fuerit, sc. autores saltem contumeliae legis illatae, ipsa Scripturae litera rejicit.* Utpote quae disertè determinat, Davidem *ita fecisse omnibus Ammonitarum urbibus.* Unde SANCTIVS ⁶ commotus, exclamat: *Luerint tam immane supplicium & Rex, qui injuriam intulit, & qui illi tam ignominiosum, & in commune bonum tam perniciosum dedere consilium. Sed quid aliis plurimi commeruere, quos in ejusdem poena societatem compulit? qui neque tanti sceleris fuere conscii, neque probavere factum, imò illud fortasse vehementer execrati sunt. Sane hoc modo in omnes Ammonitarum civitates servisse dicitur, in quibus nemo dubitat, fuisse plurimos, in quibus fuerat nihil, quod tam immani supplicio puniri debuerit.*

§. 14. Quod si cum CL. CLERICO dixeris, ad solos armatos satellitesque Ammonitarum Regi referenda haec fore : Ipse respondebit, *servitiam istam etiam intra arduiores limites coarctatam, vix ac ne vix quidem ferri posse.* Adhuc probabile non est, urbes reliquas, regià jam captâ, ipsoque Principe in potestatem hostis redactò, arma cepisse, quò victori diutius resisterent. Inprimis si viderint, quàm crudeliter animadversum fuerit in eos, qui in metro-

C

poli

f) ad l. c. nr. 65. col. 713. 714.

poli à Rege animati, restiterant. Ut taceam, vocem *populi* hic usurpatam, etiam ad plebem promiscuam, glebæ addictam referri: quæ nec armis, nec literis, aut præfecturâ in alios, unquam innotuerit. Quid Ebræi, inprimis Talmudici, per *אֲנָחְנוּ* intelligant, notum est eruditis.

§. 15. Quæ de auxiliis contra *Israelitas* conductis quidam^g afferunt, pro crudelitate hac excusanda; & quod ipsi bellum prius intulerint, qui id expectare debuissent, tanquam laessentes: prudentiæ civili contrariantur, quæ defensionem & conservationem sui, cuilibet etiam bestia implantavit. Viderant & quotidie audiebant, Davidem bellum parare, ad sumendam vindictam. Quis igitur vitio illis vertet, si ad defensionem sui, undecunque socios mercede è publico solutâ, conquirerent; quorum ope hostem arcerent. Pugna ante portam ejus urbis peracta, in quam profligati se receperunt *Ammonitæ*^h; evidenter docet, non aggressores fuisse *Ammonitas*, sed *Judæos*: qui post cladem illatam, ad suos dicuntur reversiⁱ. Et si vel maximè hostes suos prævenissent; non ideò minus digni facti essent, erga quos victos victor uteretur jure belli: quod mansuetudinem suadet omnibus, qui aliquam fragilitatis humanæ memoriam recolunt.

§. 16. Dei mandatum eò minus cum quibusdam * præ-

g) *Salianus* Annal. tom. 3. ad A. M. 2999 nr. 38. p. 292. *Piscator* Comment. ad h. l. h) 2. Sam. X. v. 8. 14. i) l. c. v. 14. *) in quorum numero B. noster *Brentius*: qui iusto quidem inquit, Dei supplicio *Ammonita* tanta crudelitate interficiuntur. Sed quæret forte aliquis, num *Davidi* tenerit tantâ tyrannide in *Ammonitas* grassari. Promta responsio est, id pro severitate legis, & exemplo cum *Fosua*, tunc

pretendi potest: quod nullum ejus in Sacris proster vestigium. Generale illud his verbis conceptum*, *ne quaras prosperitatem eorum, ac bonum omnibus diebus in eternum,* edusque se non extendit, ut crudelitate in istos jure sævirent: sed convictum saltem & familiare commercium; scandali vitandi ergo, prohibet. Cum ne gentes quidem Cananæ excidio a Deo devotas (in quarum numero neutiquam continebantur Ammonitæ,) istorum libidini exposuerit, per cruciatus contrucidandos; sed simpliciter jusserit interfici. Quod tam Josua¹, quam Samuel^m observarunt, frustra hinc in exemplum allegati. Cum neuter creditam Davidis crudelitatem expresserit in gentibus excidio damnatis.

§. 17. Quare laudatus supra GASPARI SANCTIVS non dubitat asserere, Davidem in hac suppliciorum acerbitate, peccatum admisisse gravissimum. Et ut minori id adstruat periculo, *peracta hæc ait, eo tempore, quò David in fermento fuerit, & in medio peccatorum æstu, alius à se ipso; quum libentius suis affectibus quantumcunque immoderate profusus, quam Dei voluntati servierit.* Sed hæc omnia dubiâ nituntur hypothese: quæ expugnationem Rabbæ, reliquarumque Ammonitarum urbium, per hyperbaton, hic enarrari statuit, olim factam, antequam Nathan ad

C 2

poc-

Samuelis factum: Voluit enim Deus exstare contra impias gentes, singulare sua sebere
talis exemplum: adeò quidem, ut Saul de gradu dejectus fuerit, quod non ita, ut Deus mandaret, in Amalchitas antinaverisset. 1) Deut. XXII. 7. 1) Jos. X. 24.
 m) 1. Sam. XV. 33.

pœnitentiam eum revocarit. Prorsus verò probabile non est, Deum nefario peccatori, eidemque adhuc impœniti, tantos belli successus largitum fuisse, ut gentem præpotentem sibi subjecerit. Quin potius tamdiu victoriâ distulit, bellique eventus non nisi dubios concessit, donec ad frugem redierit. Eo demum statu, Deo plenissimè jam reconciliatus, gentem sibi subjugavit, tali affectam pœnâ, quam quisque moderatissimus Victor jure merito bello captis imposuisset.

§. 18. Id ut evidentius constet, observandum est, in textu originali ne literam quidem extare, quæ disertè innuat, eosdem fuisse occisos. Quæ de *formace lateritiâ* adducuntur, in margine tantum habentur, loco קרי; litera scripta seu כתיב talem usurpat vocem, quæ aut proprium Idoli Ammonitarum nomen מלכין alias מלכים dicti^m, denotat;

1) Antiquam ts. esse hanc lesionem, indicant LXX. Intt. quos Vulgata sequitur, Conventiencis literarum כ & כ quoad figuram externam, occasionem quidem præbere potuit, ut כמלכין vertatur in במלכין. Sed prima causa recedendi à litera non fuit. Forte infrequentia literarum כמלכין, collata cum frequentiori usu מלכין Nah. 2. 10. Jer. 43. 9. & quod כ potius poni debuerit, quam כ, hunc dissensum reperit, in animis istorum, qui crudelia quæque in verbis præcedentibus contineri credebant. Quibus conformia putabant exprimenda esse voce contextus ejusdem. Vid. *Sincerit. Scripturæ triumphancem* h. l. quam jam præparo. m) Vid. 1. Reg. XL. v. 5. 33. 2. Reg. XXIII. 13. & tunc Jer. XLIX. 3. Zeph. I. 5. Quod enim כ affirmativum adhibeatur quandoque pro כ; indicat צרען Jud. VI. v. 7. 8. pro צרעם Jud. XX. 45. צרען Gen. 46. 11. pro צרעם 1. Chr. VI. 1. Ita כמהם 2. Sam. XIX. 38. dicitur 1. Chr. v. 41. כמהן; & qui שפופם Num. XXVI. 39. dicitur, vocatur שפופים 1. Chr. VIII. 5. ירים 1. Chr. XXVII. 8. vocatur יריה 1. Chr. VII. 9. יריה; ac eadem urbs, que Num. XXXI. 36. בית הירן dicitur, vocatur יריה. Vid. Celeberg *Haller. Arcan. Hebræi & Kethib. Lib. II. p. 326. sqq.*

notat; aut appellativè ^{לֶבֶן} punctatum, idem est ac *Rex eorum*. Et si vel maximè lectionem marginalem retinueris, deficiente igne, cujus nulla fit mentio, non opus, tam dira & immania concipias, quasi in fornace calcariâ eos ustularit. Transissent verissimè *ad fornacem lateritiâ*, modò in ea adhibiti fuissent ad lateres formandos excoquendosque, ad exemplum Israelitarum, idem præstantium in *Agypto*^a. Quò minus tamen ira statuas, impedit non modò litera scripta, sensum satis commodum reddens: sed inprimis locus, in quo hæc dicuntur peracta. Si combusti fuissent; in *Ammonitide* id contigisset: & si ad lateres parandos excoquendosque damnati; in *Judæâ* has sustinissent molestias. Utraque verò regio lateribus carere poterat: cum utraque lapidibus ad muros extruendos abundè fuerit instructa. Atque adeo quocunque modo sumseris; ^{קרי} illud erit ineptum. Quoniam in qua regione nullæ prorsus existunt fornaces lateritiæ; ibi nec in illis laborare possunt damnati, nec comburi. *Laternaria* vatis *Nahum* c. III. 14. non destruit hanc sententiam: quia de *Nineve* *Babyloniæ* sermo est; non de munimento quodam *Palæstinæ*. Nec illa *Jeremiæ* c. XLIII. 9. quæ *Agyptum* concernit. Ibi enim, in regionibus planis, lateres lapidum loco adhibitas fuisse, nemo dubitat.

§. 19. Ad hæc dudum vidit immortale illud *Argentiniensis* *Academiæ* decus *Sebast. Schmidius*, non constare la-

C 3

a) Ex. I. 13. 14. c. V. 7. 8. 14. 16. 18. 19.

vocem ꝑ quidam *securim* reddunt, Vulgata *cultrum*, & B. Lucherus *Reil*; vi suæ originis notat *instrumentum secans* quodcunque, in primis quo *libotomi* seu lapidæ in lapidationibus utuntur, ad secandos lapides. Agnoverunt id jam olim magna Judæorum lumina RALBAG & ABARBANEL⁹: quorum hic *ferrea*, inquit *scalpra* sunt *instrumenta*, quibus *secant lapides*. LXX. Intt. 1. Chr. XX. 7. ejus loco adhibuerunt *חריצות*, quod *ascias* denotat, vel *dolabras*, tam pro lignis quàm lapidibus lavigandis adhiberi solitas.

§. 21. *Tribulam* autem, seu *pestellum ferreum*, vel *Cylindrum incisum & dentatum*, mera introduxit præcipitantiâ in primo Interprete; & in reliquis, iniquum de Davide conceptum præjudicium. Unicus saltem locus est in totâ Scriptura sacra, Amos I. 3. ubi contextus probabilem saltem speciem præbet hujus eruendæ significationis. Ibi verò habetur חריצות: in textu autem nostro חריצים legimus. Quod cum priori quoad solas literas radicales coincidit, atque adeo in solo generali conceptu *incidendi* convenit; nequaquam in formali ac determinato. Rerum *incidentium* vel *incisarum* plures sunt¹. Etiam is, qui *fodi-*

מאמ

creditur à Mar. esse peremptus. Vid. de hoc ejus martyrio Cod. *Jesam.* f. 29. lb. l. 10. l. 99. (& hinc *Falkus* in 2. Reg. nr. 247. f. 38. c. 3. fin. & col. 4. init. *Schalschel. bakkab.* f. 19. a. fin.) *Sanhedr.* f. 103. b. l. 18. seqq. *Jerus. Sanhedr.* f. 28. c. 3. l. 36. l. 99. .p) סגורות א סגורות *secut, incidit, excidit, fudit.* q) Verba eorum citata vid. supr. ad § 5. lit. 5. r) A quâ *incidendi* significatione motus R. *Salomon*, hic & *Jes.* 41. 15. intelligit מורג חרוץ מלא חריצים כעין כלו נפחים של כרוז סקורין לימא בלעז i. e. *tribulam incisam*, plenam undique incisionibus, ad modum instrumenti fabricatorum ferrariorum, quod *limam* vocant in *verrucula*. Nih *tribulam* dinisset, & quod *trahi* consueverit: *super stipulas aristarum*, easque *incidat*, donec *comminueretur stramentis*

nam vel fossam in fundo eruit, incidit terram, & fossa est a-
liquid terræ incisum. Ille Maimonidi^s dicitur חופר חרוץ
בקרקע fodiens fossam (non tribulam, quod ineptum foret,)
in terrâ. In Milchna codicis Kilaim^c occurrit חרוץ שחוא
עמוק עשרה ורחב ארבע טפחים i. e. FOVEA, decem palmos
profunda, & quatuor lata: quam ineptè tribulam diceret.
In Targum Scripturæ^u inveniuntur חרוץ טיה FOS-
SÆ aquarum: & in cod. Chullin חרוץ aquas in se con-
tinent, imo eas scaturiunt^x. quod rursus imperite nimis
ad tribulas referretur. Aquas autem in cuniculis subter-
raneis deprehendi, multasque sæpe fossoribus præbere
molestias, ut decenter abducantur; nemo est, qui ignoret.

In

suspiciari quis poterat, instrumentum illud intelligi, quo hodiernum ad ergastulum da-
mnati, limâ ligna secantes, mit Nasseln/ duras præstant operas. Quæ tamen coerci-
tatio præcis parum nota videtur. s) Hilc. Schabb. c. 1. th. 5. t) Kilaim c. II. th. 8.
u) Job. 38 25. Jos. 11. 8. x) cap. III. f. 66. b. med. explicaturi verba Lev. XI. 9. hoc
comedetis de omni quod in aquis: quia mor sequitur in maribus ac torrentibus, inqui-
runt, an etiam liceat pisces in חרוץ ac נעיצין (non naturâ, sed industria huma-
na paratis) natantes, comedere? Glossa ad l. 18. dicit: לא התיר אלא בכלים

אבל כל שאר מימות כגון חרוצון ונעיצון שהן נובעין ודומין
לימים ונחלים האמורין בפרשה או בורות שיחין ומערות שאינן
דומין להם שאינן נובעין לא התיר בהן בלא שנפיר וקשקשת
i. e. non permisit, nisi in basis existentes. sed in omnibus reliquis aquis, quales sunt FO-
DINARVM ac FOSSARVM, QVÆ AQUAS SCATURIVNT, & similes sunt maribus ac
torrentibus, differit in Sectione hac expressis; sed etiam puteorum, serobium, ac crypta-
rum, quæ illis aequiparari negantur, quoniam non scaturiant aquas, natantes non permittit,
nisi pinnâ & squamâ insignes. Ibid. f. 67. a. l. 3. seq. in ipsa Gemara dicitur: פרו
מפורש מים נובעין אף כל מים נובעין מאי רבי חרוצון
i. e. quomodo se habet particulariter expressum? differit contines
aquis scaturientes: atque adeo similem naturam habent: omnes aqua scaturientes, di-
versæ a maris & torrentium aquis. Quæ ergo excludit? חרוצון fodiarum ac fos-
sarum, quoad prohibitionem.

In Cod. Bav. Kamma^y, (quod & in Gemara Tract. Chüllin factum est^a,) plura *fossarum* nomina studiosè coacervantur; inter quæ refertur etiam חרוצין. Quibus cum tribula nil prorsus habet commune. Sermo ibi^a est, quid juris obtineat, si bos, asinus, vel jumentum aliud in *fossas* has excavatas ceciderit, & contractum pereat. Et ut eò minus de metalli fodinis dubites, in Gemara f. c.^b dicuntur חרוצין, quia supernè non sint spatiosa satis, sed inferius magis magisque excavatæ latius, *terrum proferre vaporem*; qui inde ascendens, si *mortem quidem non affert, damnum tamen procreet* accidentibus, ut *tabem inde contrahant & maciem*. Plus millies vox חרוצין in solo Talmude occurrat, semperque *fossam* denotat, vel *fodinam*: tribulam vel plostellam nunquam. Atque adeò in nostro textu, ubi

D ca-

חרופר בור ברשות הרבים ונפל לתוכו y) cap. V. th. 5. dicitur: שור או חמור ומת חייב. אחד החופר בור שית ומערה חרוצין חייב. i. e. *Si quis foderit puteum in loco publico, in quem bos aut asinus cadit, & moritur; is reus est. Perinde sese habet, si se foderit puteum, scrobem, aut cryptam; si: fodinas aut fossas: tenetur de damno. z) ll. cc.* בורות שוחין ומערות *fosse ac fodinae*. *puteis, scrobibus ac cryptis* contradistinguntur *חרוצין וחרוצין*. Quod in his aquæ sint scaurientes; in illis hinc inde saltem collectæ, in quibus tamen natate liceat, & de illis bibere. Conf. in primis f. 66 b. l. 19. sqq. cum l. 30. it. f. 67 a. l. 4. 5. it. l. 8. 13. 14. Ibid. dicitur שחן בורות שוחין ומערות שחן עצורין בכלים ומוצא אני חרוצין ונעוצין שאין עצורין בכלים שחן i. e. *includo puteos, scrobes atque cryptas, quod constrita sint intra certa vasa, sc. שאין מוצא exitu & introitu destituta: eximo autem fodinas & fossas, quia non constringuntur intra certa vasa.* a) Cod. Bava Kamma l. c. b) Bava Kamma f. 50. b. l. 38. sqq. חרוצין ראות כהו הכלא משום דלירת כהו i. e. *in fodinis existit vapor, eo quod non sit spatium superne satis sufficiens.* Ibid. l. 41. אין הכלא למותה ויש הכלא לנזקין i. e. *vapor non existit ad mortem, sed est ad infrenda damna.* scil. ut Glossa marginalis interpretatur: וכחש: וכתש i. e. *morbum contrahit, ob vaporem, & fit macilentus.*

eadem prorsus vox, quoad omnes literas & puncta, occurrit, constructa cum voce ferrum notante, *ferrī fodinas* infert; non *tribulam ferream*. Prout, sine ullo fundamento, tradunt omnes.

§. 22. Cognitis vulgò dictis supplicii instrumentis, examinemus etiam *modum istorum applicandorum*: quia & hic laudato Schmidio^c non satis notus putatur. Præconcepta instrumentorum crudelitas abripuit virum eruditissimum, ut ante oculos posita non viderit. Quò mitiget Davidis sævitiam, fingit modum applicatorum instrumentorum nunquam auditum. De fornace lateritia prorsus filet. *Serram* autem, *tribulas*, ac *secures ferreas* credit^d *humè* posita, ut *dentes sursum erecti* essent: quibus *impositi Ammonitæ* semel aut iterum, ut *vulnera alta* non facerent; *signarent tamen corpus, & cruciarent*. Ut *eternam in corpore gererent memoriam: ne rebellarent contra Davidem, simulque omnibus videntibus, ignominia ista apparerent*.

§. 23. Plana sunt verba textus Ebræi: quæ spinosa hæc & aculeata respuunt. Ad literam sonant: *Et posuit populum ad ferram, & in ferrī fodinas, ac ad scalpra ferreas* (in lapicædinis), postquam transire fecisset eos unà cum Rege suo. Si in quarta, ut creditur, supplicii specie, cum voce in *אפ* extante, servatum fuisset verbum *posuit*, in limine adhibitum, ut verti potuerit, *Et posuit eos in fornacem lateriti-*
am;

^c) *Comments, in 2. Sam. XII. 31. quest. XXVI. p. 583* ^d) *Annotat. ad l. 6. pag. 547.*

am; aut in tribus præcedentibus, instrumenta illa *supra* vel *ad* populum *posita* fuissent, ferræ scil. *trubula*, ac *securæ* ferræ, & non potius populus ad illa: tunc aliquo modo excusari possent tam turpiter hallucinantes Interpretes. Nunc omnibus tam clarè & perspicuè enunciatis, nullam torporis merentur veniam.

§. 24. Patres mechanici *apponunt* vel *applicant* filios suos sæpe nondum ephebos, *ad instrumenta sua artis*; non ut per eadem pereant, sed ut convenienter iisdem uti, maturè discant. Atque, ut Scripturam è Scriptura explicem, *Deus* in ea introducit^e *gentem Chaldaam* ponere *ad iudicium*, scil. exercendum, vel *ut iudicet*: quod alibi dicitur^f, *ponere aliquem iudicem*. Inter jura regia recensetur^g, *ponet Rex filios vestros ad currum suum*, scil. vel *trahendum*, ut *Sesostres* fecisse legitur^h, vel potius *regendum*, *moderandumq;*: non ut eo conteranturⁱ. Ita h. l. *David* populum *vi-*
ctum & è patriâ *abductum* *posuit ad ferram* (scil. *trahendam*, pro *secandis lignis*, eâ præcipuè ætate, qua *machinæ molendinaræ*, quæ hodie id præstant commodius, nondum erant *inventæ*), & *in ferri fodinas*, (*ad fodiendum*, *parandumque ferrum*), *atque ad scalpra ferrea* (*secandorum lapidum*): *postquam transire fecisset eos unà cum Rege suo*, ad *novas sedes*, in *exilium*. Hoc enim infert vox *transire fecit*, in primis verbo *educendi* annexa, ad ductum *Gen.*

D 2

XLVII.

e) Hab. I. v. 12. f) Vid. Exod. II. 14. 2. Sam. 15. 4. g) 1. Sam. VIII. v. 11. h) Plin. lib. 33. c. 3. p. m. 454. i) Conf. etiam Psal. 108. 21. Gen. 40. 15. c. 45. 8. c. 2. 8. Pl. 18. 44. Pl. 66 v. 9. Deut. I. 13. R. Chr. 26. 19.

XLVII. 21. Qui è patria sua exire cogitur, & aliò transire ; abducitur in exilium, ibi vitam acturus, ubi victori placuerit.

S. 25. Atque hâc ipsa novâ, & è simplicitate verborum ortâ versione, expirat ilicò omnis de Davidis crudelitate perperam concepta suspiciò. Nec quicquam admisit ipse, quod vel juri gentium, vel moribus eâ ætate receptis, foret contrarium. Bello capti in exilium abducebantur, servitutem inituri. Exempla horum in Sacris & profanis passim obvia sunt. *Lex est sempiterna inter omnes homines, ut Cyrus ait apud Xenophontem^k, captâ hostium urbe, tam corpora illorum, qui sunt in urbe, quàm fortunas eis vindicari, qui urbem capiunt.* Et Philosophus inquit^l: *Lex veluti pactum quoddam commune est, quo bello capta captientium sunt.* Id quod ad homines præcipuè extendit ; de legitimâ eorum serviture ibidem sollicitus. Paucienim observant id, quod in Philippo Macedone laudat Demostenes^m, qui non eadem in omnes aut æqua aut honesta censebat ;

^k) de Institut. Cyri lib. VII. p. m. 198. νόμος ἐν πάσι ἀνθρώποις αἰδιότατος ἐστίν, ὅτιν πολεμούντων πέλις ἀλλή, τῶν ἐλούντων εἶναι καὶ τὰ σάματα τῶν ἐν τῇ πόλει, καὶ τὰ χρέματα. ^l) Aristoteles de Republ. lib. I. c. 6. ὁ γὰρ νόμος, δημολογίαι τις ἐστίν ἐν ᾧ τὰ κατὰ πόλεμον κρατέμεια τῶν κρατάντων εἶναι φασί. Et paulo post: τὴν κατὰ πόλεμον δεξίαν πείθει δίκαιον, i. e. servitutem ex bello ortam, statuunt esse justam. ^m) Epist. 3. pro Lycurgi Liberis, ad Senat. populumque Ath. p. m. 114. ὅς καὶ τὸς παροπταμένους πρὸς ἐς περὶ τῶν ὅλων διοικνδύρευσεν, ἀπ' ἐτόλησε δηλώσασθαι τὰ τίνων καὶ τίνος αἰσὶν ἐξεπίστευε. καὶ γὰρ, ὡς εἶπεν — ἐπὶ δίκαια εἶναι

sebat ; sed rem exputans cum accessione ejus quod quisque meruisset, etiam in talibus velut judicem agebat. Bello justo capti, servi fiunt : quamvis miseranda sit eorum calamitas, quod non suo facto speciali, sed regentium culpa, in eam sortem devenerint. Unde & Isocrates ^{πάρτων αἰτ,} δυνάτατον ἕως, δεσπιδάτους γενέσθαι, i. e. rem omnium acerbissimam esse, belli jure captivum fieri. Servis quippe Domini utuntur pro arbitrio. In servum omnia licent, ex sententia Senecæ ^ο. In primis autem servitus omnis perpetuam secum affert obligationem operarum, pro alimentis itidem perpetuis ^ρ. Hanc operam determinabant Domini, vel pro delicto captorum delicto, vel rei peragenda necessitate. Iniquum enim foret, duriora civibus imponere, servis ad leviora praestanda adhibitis. Ad opus damnabantur multi : alii ad metallum, vel metalli opus, vel etiam determinatè ad ferrum. Tanta occurrit copia ad unum horum damnatorum penes Scriptores, ut longum foret, istorum inire catalogum ^ο. Fiet forte alias. Sola frequentia fa-

D 3

cti

πρὸς ἀπαντας τὰ αὐτὰ, ἕτε καὶ ἰγείτο' ἀλλὰ τὴν τῆς ἀξίας προση-
κην συλλογιζέμενος, τὰ τοιαῦτ' ἐπέκεινεν. n) in Plataico, p. m. 300. o) Lib.
I. de Clement. c. 18. p) Grot. l. c. §. 2. nr. 2. q) *Baro. Brissonius* de formul. lib. V.
p. m. 486 è *Suetonio* affert, in Nerone cap. 41. quod scelere convictos non nisi AD OPVS
DAMNARI, praeceperit. Idem in Caligula c. 27. multos ait, bonestū ordinis defor-
matos prius stigmatum notis, AD METALLA &c. condemnabit. Titus per Fronto-
nem, urbe Jerusalem vallatā, ap. *Joseph. B. Jud.* lib. VII. cap. μδ. p. m. 968. τῶ
λοιπῶν πλῆθος τὰς ὑπὲρ ἑπτακαίδεκα ἐπέμψεν εἰς τὰ κατ' αἴγυπτον ἔργα
ex reliqua multitudine, septendecim annis majores, viros misit AD OPERA in
Egypto. Inter calamitates Christianis Ecclesiae primitivae illatas, *Tertullianus* Apo-
log. c. XII. recenset, IN METALLA DAMNARI. Quod plures eand. sustinue-
runt miseriam, *Cypriani* docet epistola ad Numesianum, ceterosque IN METALLO

Eti etiam Romanis peperit discrimen hoc, ut in metallum damnati graviora passi sint, quam in opus metalli damnati^r: quamvis utrique libertatem amiserint, servi pæne facti. Atque adeò David nihil prorsus novi in victos Ammonitas, bello justo superatos, instituit; quod non juris communis fuerit, ac gentium omnium.

§. 26. Ne verò videar in novâ hac textus explicacione, meo saltem indulgisse ingenio; & absque Scripturæ ductu, ex mero novitatis pruritu, me opposuisse Antiquis ad unum omnibus: quæso! ad animum revocemus, Scripturam testem fore^s, quod David, simul ac in Regno erat confirmatus, expugnatâ Zione, animum applicuerit ad amplissima extruenda ædificia. Non modò novas moliebatur munitiones: sed structuram Templi, toto Orbe celeberrimi. Ad hæc aliquando expedienda, tempestivè conquirebat omnis generis apparatus. Cedros magna copia suppeditabat Rex Tyriorum Chiram: sed crudas, & inexcultas. Lapidem ipse possidebat, utpote regioni imperans montanz. Operarios aliquamdiu, lignorum scilicet atque lapidum artifices, magnis alebat sumptibus, à Tyriis mercede conductos^t. Et quamvis ab incepto Templi ædificandi jam fuerit impeditus^u: non cessabat

ta.

CONSTITUTOS data, quæ LXVI est Edit. Joh. Episc. Cæstriensis. Ubi inter alia: Quid mirum, si vasa aurea & argentea IN METALLUM, id est auri & argenti domicilium datus est? nisi quod nunc misallorum natura conversa est, locaque quæ aurum argentumque dare ante consueverant, accipere ceperunt. Circa finem dicuntur AMBVLARE IN METALLO, captivo quidem corpore, sed corde regnante. Lucifer Caralitanus Constantis aliquoties exprobrat damnatos ad metalla. s) Vid. Regnerus Sixtinus de Regalibus Lib. 2. c. 16. §. 7. seq. Korhol. de Persecutionib. Eccl. prim. cap. IX. §. 12. p. 394. sqq. s) 2. Sam. V. v. 1. sqq. v. 9. sqq. Vid. 1. Reg. IX. v. 15. sqq. 2. Sam. VII. v. 1. sqq. t) 2. Sam. V. v. 11. u) 2. Sam. VII. v. 5. sqq.

tamen omnia ad id necessaria mature parare, suo ea relicturus Successori, ad opus perficiendum divinitus destinato l. c.

§. 27. Eum in finem non tantum quicquid auri argentique, nec non æris preciosi, hostibus superatis detraherat, Deo dicabat ad Templi usum: sed devictorum plures cladi superstites, & corporis viribus insignes, ad opus in lignis, lapidibus, ac metallis parandis faciendum, damnabat. Quorum numerus ad *centum quinquaginta tria millia ac sexcenta* excrevisse dicitur, ætate Salomonis^x. Qui Talmudicis vocantur גרורים גרים *peregrini violenter adducti* *. Noluit enim ad hujusmodi opus durum Israelitas adhibere, utpote quibus curam militiæ demandaret: sed solos alienigenas de Hethitis, Amorrhæis, Phœniziis, Chivæis, ac Jebusæis, qui de Israelitis non forent. An communem prorsus cum his sortem sustinuerint Ammonitæ & Moabitæ devicti; an vero ceu agnati Judæorum, utpote à Loto Abrahami per fratrem nepote descendentes, reliquis ex maledicto Canaan ortis atque excidio divinitus devotis, præfecti fuerint; non determino. Qui id defendere velit, provocare posset ad 2. Sam. XII. 12. ubi eandem phrasin quidam transferunt, *ponet filios vestros super currus suos*. Ad cujus exemplum h. l. redderet: *posuit super ferram & ferrifodinas ac scalpra ferrea, postquam transfecisset eos cum Rege suo*. Eoque admissio, pronior esset con-

x) 2. Chr. II. v. 2. coll. 1. Chr. XXII. 2. sqq. *) Vid. *Jebamm.* f. 78. b. l. 21. sqq. f. 79. a. Jerus. *Sambedr.* f. 23. c. 4. init. Conf. Disp. nostr. de Baptism. Profelyt. §. 26. y) 1. Reg. IX. v. 20. sqq. 2. Chr. VIII. v. 7. §. 9.

conciliatio verbi וַיִּשְׁׁר 1. Chr. XX. 3. extant, cum textu præfenti, ejusque à me suppeditatâ explicatione.

§. 28. Quicquid etiam fuerit; ab operâ servili præstanda prorsus immunes non erant: licet paulò mihius tractarentur gentibus exitio devotis. Omnes conjunctim in ligno serrando, lapidibus secandis, ac ferro parando miseras conterebant dies; quamvis alter alteri, ad majorem servandum ordinem, præfuerit. Equidem Josephus² Peregrinis hinc in primis curam lapidum attribuit, ut saxa prægrandia exciderent, in usum fundamentorum Templi; eaque in monte prius in quadrum dedolata, ita demum in urbem conveherent. Id quod effecerunt ad lapicæ dinas damnati, tanta industria; ut ipsa Scriptura^a testetur, è lapide integro templum fuisse ædificatum, tam exquisitè præparato arte, ut inter erigendum, ne sonus quidem mallei aut ullius instrumenti ferrei, ad Templum audiretur. Sed quia καὶ τὴν ἄλλην ὄλην, aliam quoque materiam structuræ necessariam, illos parasse ait: Lignarii & metallici necquicquam

2) Antiquit. lib. VIII. c. 2. p. m. 259. ἦσαν δ' ἐν τῶν παρόικων, ἐς δαβίδος καταλειπίαι, τῶν μὲν παρακομιζόντων τὴν λιθείαν, καὶ τὴν ἄλλην ὄλην, ἑπτὰ μυριάδες. τῶν δὲ λατεμενῶν, ἑκτακίς μύριοι. τῶν δ' ὀπισθεῶν τριγίαι καὶ τριακίσι. ποσειδάων δὲ λίθους μὲν αὐτὸς τίθειεν μεγάλας, εἰς τὰς τῶν ναῶν θεμελίους. ἀρμόσαντας δὲ πρῶτον καὶ συνδήσαντας ἐν τῷ ὄρει, κατακομιζέειν ἕως εἰς τὴν πόλιν. i. e. ex versione Gelenii: Præter hos erant in opere inquilini illi, quos David eò destinaverat: convectores saxorum cæteraque materia LXXM, & cementarii LXXXM. magistrisque horum ter mille & CC. his mandatum fuerat, ut saxa prægrandia exciderent in usum fundamentorum Templi: eaque in monte prius in quadrum dedolata, ita demum in urbem conveherent. a) 1. Reg. VI. v. 7.

quam erunt excludendi. In tot classes enim ipsa Scriptura eosdem secernit ^b. Utpote quæ disertè tradit, quod David è Peregrinis collectis, constituerit *lapidas*, ad cædendos lapides politos: alios *ad parandum ferrum*, pro lapidibus inter se jungendis, & pro clavis ad fores portarum: atque rursus alios *ad ligna cedrorum*, absque numero à Zidoniis Tyriisque allata, *secanda*, & ad ædificiorum ulus præparanda. Paucis interjectis ^c, iterum jungit *ferrum* in copia infinita collectum, *ligna*, atque *lapides*: quibus mox ^d annectit *artifices in lignis, & lapidibus secandis*, parandisque metallis, inprimis *ferro*.

§. 29. Et ne quis suspicetur, Palæstinam ceu pascuosam & frugiferam metallis destitui. Quum ex sententia STRABONIS ^e *perrarum sit, ut idem locus metallorum fertilitate simul superbiat, cum frugum copia*. Observandum, ipsum Strabonem, cum inter rariora *Turditaniam* numeret *Hispania*, fateri, felicitatem hanc non omninò omnibus negandam esse. Deinceps, Deum disertè de Palæstina pronunciasse ^f, quod sit *terra, cui nihil desit*. Fertilitas quoque frugum non erat ubivis locorum æqualis: unde crebra desertorum mentio, montium, ac bestiarum immanium, sylvas incolentium. Et, quia Regiones vicinæ celebrantur metallifodinis; quis non concluderet, etiam Israelitarum terram, inprimis qua parte montosa erat, abundasse illis?

E

Syriæ

b) I. Chr. XXII. v. 2. 3. 4. c) I. c. v. 14. d) I. c. v. 15. e) Geograph. l. 3. p. 146. f) Deut. VIII. v. 9.

Syriae aris copiam tribuit Scriptura^a: quod Josephus^b dicit, auro fuisse pretiosus. Arabiam auro fertilem praedicant omnes^c. Idumaea loco aliquo celebris est, quem Scriptura פִּינּוֹן vel פִּינּוֹן Phinon vel Phunon vocat^d: qui fodinis aris adeo insignis erat, ut Phennesia metalla passim apud Patres antiquos occurrant, multique Christianorum ad metallum in Phæno deplorentur damnati*. Hieronymus Fenon inquit^e, fuit quondam civitas Principum Edom, nunc viculus in deserto, ubi aris metalla damnatorum supplicii effodiuntur. Cum itaque haec loca Palaestinam à meridie & oriente ambient: nullum dubium, quin eadem quoque indoles eidem fuerit ingenita.

§. 30. Inprimis quoad ferri fodinas. De quibus Plinius^f asserit, quod ubique propemodum reperiantur. In termino Palaestinae Israeliticae australi, quo Idumaeam tangebatur, locatur Ziz mons celebris^g: quem Jonathan, ac Targum Jerusolymitanum montem ferri vocant;

a) 2. Sam. VIII. 8. conf. etiam 1. Chr. 18. 8. b) Antiq. lib. VII. c. 5. p. m. 222. D. c) Dionysius Periegetes v. 950. sqq. de Arabibus: εἰσέτι νῦν λιβάων κομώσιν ἀραραῖ, Ουρεα δὲ χρυσῶν; i. e. hic usque tunc gloriatur Araba, Montes autem auro. Ariteas Palaestinam describens, (pag. 269. Edit. Ant. van Dale 1705.) πλὴ πλῆθ. inquit, καὶ τῶν ἀραιμάτων καὶ λίθων πολυπλῶν καὶ χρυσῶ παρακομίζεται διὰ τῶν Αραβίων εἰς τὸν τόπον. Plinius lib. VI. c. 28. p. m. 366. e Juba describit littus Hammaum, ubi auri metalla. Dedebarum regionem amnis interlabitur, ψήγμα χρυσῶ κατὰ γων, i. e. auri ramenta deferens: tam conspicua ubertate, ut limus ad ostia coacervatus procul inde rutilet. Agatharchides de mari rubro p. 59. Diodorus Siculus Biblioth. lib. 3. p. 178. fin. (A. 125. B.) Conf. Bochart, Geogr. lib. II. c. 27. col. 139. sqq. Clericus ad Num. 33. 42. d) Gen. 36. 41. Num. 33. vers. 42. 43. 1. Chr. 1. 52. *) Quorum magnam copiam adducit Bochart. Hieroz. Part. II. lib. 3. cap. 13. circa fin. col. 427. sqq. e) in Locis. f) lib. XXXIV. c. 14. p. m. 539. g) Num. 34. 4.

cant; quod ferri fodinis fuerit nobilis. Itidem *ferri montem* crebro adducunt Talmudici^a, in quo palmæ creverint depressiores: quem *Jom tob*ⁱ, è verbis Gemaræ^k permotus, vicinum putat valli *Ben-Hinnom*. In quo tantus continuo laborantium fumigarit ignis; ut inde adducti Talmudistæ^l, *inferni portas* eum in locum collocent. Etiam Josephus^m Orientali terræ plagæ ^{ἡ σιδηρῆν καλεῖσθαι} *montem* tribuit, *ferreum* dictum: qui ad Moabitidem usque sese extenderit.

§. 31. Et, ne fabulosa aut minus certa hæc dixeris, utpote è Talmude partim hausta: en ipsa Scriptura *ferri fodinas* Palæstinæ tribuit. Cum in prærogativis terræ istius enarrandis occupaturⁿ, vocat eam^o *terram*, è *cujus*

E 2

lapi-

h) *Succa* cap. III. th. 1. *Erubin* f. 19. a. l. 32. i) *Comment.* ad *Succa* l. c. צוני הר הברזל לשון הרץ קלים קשים הגדלים בהרים ע"כ ובגמרא רבגיא בן הנם נכחי ואפשר דאף על פי שנקרא גיא ויש שם הר ג"כ i. c. *Palme montis ferri sunt, ex mente Rabbonu Nissim, dactyli duriores in montanâ crescentes, huc usque ille. Sed in Gemara l. c. dicitur, quod in valle existant filiorum Hinnom. Fieri enim potuit, ut Vallis illa in vicinia montem non minus habuerit.* k) *Succa* f. 32. b. l. 7. l) *Il. cc. Raba* f. *Marion* de domesticis *Rabban Jochanan Sasehei* docuit: שתי תמרות יש בגי בן הנום ועולה: עשן מביניה וזו היא שנינו צוני הר הברזל כשרות, וזו היא i. c. *Due palme erant in valle filii Hinnom, intra quas ascendebat fumus: de quibus intelligi debet id, quod in Mischna (cod. Succa c. III. th. 1.) docemus, palma montis ferri fuit legitima. Et hæc ipsa est porta Gebenna,* m) *de Bell. Jud. lib. V. cap. 47. p. m. 891. n) Deut VIII. v. 7. f. 99. o) l. c. v. 9. אשר אבניה* ארץ ברזל ומהרריה תחצב נחשת *Præpositio מ montibus præmissa, videtur etiam lapidibus præmittenda, vi Jnt. §. 170. ut Gen. XII. 8. Mal. l. 10. c. II. 5. 2. Sam. XVIII. 23. Quamvis sensus perfectus maneat, si præfixo omisso, vertas cujus lapides sunt ferrum. Nam & in his oris vicinis tales deprehenduntur, qui comminuti & in fornacem coniecti, in ferrum abeunt: Abarbanelis de hoc loco sententia est, f. 347. c. 1. circ. סוף הארץ ההיא אינה כשאר הארצות רבות התבואות שהם חסרות הכסף והזהב מה שאין כן הארצות שהם חסרות התבואות מעצמם ויביאו אותם אליהם מחוץ שהארצות ההמה יותר מלאות כסף וזהב*

lapidibus ferrum, & è cuius montibus as excisuri sint. Alibi inquit ^P: ferrum & as sunt calcatio tua, i. e. quicquid calca-
veris

ושאר הסמוכות כמו שיראה מענין וינצואה ויינכבא וברצלונה
ושאר הארצות אבל הארץ אשר אתה בא שמה לרשתה לא במסכנות
וכדלות האכל בה לחם שהיא רבת וותכואות וחסרת הממונות אינה כן
כי הנה לא תחסר כל בה כי הוא ארץ אשר אבניה ברזל
ופתורה תחצוב נחושת והארץ אשר בה המחצבים היא רבת
הממונות הרבה i. e. Terra ista non est ut terre relique frugibus abundantes: que
defituuntur ut plurimum argento atque auro. Quod non ita se habet in illis regionibus,
qua per se fruges non ferunt, sed aliunde eas ad se importari curant. Cujusmodi terra
magis abundant argento, atque auro, ac divitiis reliquis. Prouti apparet è statu
Venetiarum, Genuensium, ac Barcellona, cum provinciis reliquis. Sed in terra, quae
tu ingrederis, hereditaturus eam, non in penuria & paupertate panem comedes: quasi
abundaret quidem frugibus, sed defituere tur opibus. Non erit ista: sed profectò nulla
re carebis in ea. Est enim terra, cuius lapides sunt ferrum, & è cuius montibus exci-
des as. Terra autem in qua lapicadina existunt, multis abundat opibus. p) Deut.
XXXIII. § 25. ברזל ונחושת מנעלך Quae verba interpretatur Abarb. f. 416.
col. 2. ant. med. שיצא מהם ברזל ונחושת i. e. omnis incessus plantae pedum ipsorum in terra sua, sumus
loca, è quibus ferrum egreditur & as. Et mox רוצה לומר מנעלך i. e. voce CALCEI TVI
cult innuere, omnem locum, quem calcaturus sit calcis suis, futurum ferrum atque as.
Etiam Ab: Esra sensum non absimilem hinc eruit, dicens: בחלקו יהיו הרי ברזל
ונחושת i. e. in sorte ejus erunt montes ferri ac aris. Ad vocem מנעלך parum at-
tendisse videtur: quae respectu ad originem habito, quibusdam pessulum denotat; aliis
calceum. נעל enim nunc obserabis denotat, pessulum obdidit; nunc calceabis, quod
est pedem calceo claudere. Ad priorem significationem attendit Raschi, geminâ in hæc
verba allatâ interpretatione. עכשיו הוא מדבר כנגד כל ישראל שהיו גבורים יושבים בערי
הספר ונועלן אותה שלא יוכלו האויבים לוכנס בה כאילו היא סגורה במנעולים
וכרוחים של ברזל ונחושת. דבר אחר -- ארצכם נעולה כהרים שחוצבים בהם
ברזל ונחושת. i. e. nunc loquitur de toto Israele, quorum heroes habitabant in urbibus litori maris adjacentibus, & OBSE-
RABANT eam, ne hostes aditum in eam invenirent. Haud secus ac si OCCLUSA foret
PESSYLIS, ac vestibus ferreis atque aeneis. Vel idem est ac terra vestra OPPESSVLATA
est montibus, è quibus EXCIDVNT FERRVM atque as. Terra enim Aferitù adjudicata
PESSVLVS erat Israelitarum terra. Posteriorem applicandam duxit Daß. Kimchi in rad.
נעל. Qui exemplis è נעל calceus deductis subjungit, in eadem significatione occurre-
re כוונת מן ברזל ונחושת מנעלך כלומר מדרך רגלך

veris, erit ferrum & as: vel, crebræ erunt in regione tua *ferri fodine* atque *eris*. Et quæso! nisi id fuisset, unde tanta provenisset *ferri* copia, ut Principes Patrum ad Templi structuram centum millia talentorum *ferri*, suâ sponte conferre potuerint? & *Danica* Tyriorum *fora ferri* mercibus implere valuerint? Ferro nulla carere potest regio. *Optimum pessimumque est, juxta Plinium, vitæ instrumentum. Siquidem hoc tellurem scindimus, serimus arbuta, ponimus pomaria, vites (squalore deciso annis omnibus cogimus) juvenescere. Hoc extruimus tecta, cadimus saxa, omnesque ad alios usus ferro utimur. Sed eodem ad bella, cædes, latrocinia, non minus solum, sed etiam missili volucrique, nunc tormentis excusso, nunc lacertis, nunc verò pennato. Aut ad hunc, aut ad alterum usum, postulat humanæ vitæ necessitas, ut ferrum semper ad manus sit. Unde, si quæ regio isto destituatur, per commercium cum aliis, aliunde importari curet. Hoc ipsum verò cum aliis commercium nulla natio magis evitavit, quàm Judaica. Unde non ineptè infert sæpius laudatus*

E 3

JOH.

בחרים יהיה כרזל ונחשת ר'ל שיהיו כחלקו הרי כרזל ונחשת
ו'ם אותו מתענין הראשון כלומר שתהיה ארצו חזקה כאילו
מנעליך i. e. cum *bee manibico, ferrum ac as* סגורה בחומות נחשת וכרזל
q. d. incessus pedum tuorum in montibus erit ferrum ac as: h. e. erunt in sorte ejus MON-
TES FERRI atque aris. Sunt tamen qui interpretantur idè significatione priori, q. d. ter-
ram ejus robustam fore, perinde ac si clausa esset manibus aeneis, ac ferreis. In quorum
numero est etiam autor Siphre, qui f. 62. c. 4. post med hæc dicta patat ש'ארצו של אשר
ל'ארץ ישראל היא היתה מנעלה של ארץ ישראל quia portio *Aserit* harum quasi pessulus fuerit
Israhelitarum terræ. Quod ob tractum exiguum, vix locum invenit. Idque eo minus,
quod Tyrum & reliquas urbes maritimas nunquam sibi subjecerit. q) Vid. 1. Chr.
XXIX. v. 7. r) Vid. Ezech. 27. 19. s) Nat. Hist, lib. 34. cap. 14. p. m. 538.

JOH. CLERICVS^t, Judæorum terram *ferris* arisque metallis abundasse: ut seorsim ab aliis commodè nihilominus vivere potuerint.

§. 32. Atqui hæc ipsa *ferris* copia multos postulabat operarios, qui necessariam in eo eruendo parandoque præstarent operam. Delicatiores erant Judæi, in statu præcipuè fortunato, qualis sub Davide illis contingebat; quàm ut omnes istas devorarent molestias. Damnum quoque afferebat sanitati, metalli fodinis interesse diutius. *Odor metalli*, verba sunt Plinii^u, *omnibus animantibus est inimicus*. *Argenti fuligo*, inquit Strabo^x, *gravis est & pestilens*. Lucretius^y pluribus, damnum inde oriri solitum, describit seqq.

— *Vbi Argenti venas, aurique sequuntur,
Terræ penitus scrutantes abdita ferro,
Quales exspirat Scaptesula subter odores!
Quidve mali fit, ut exhalent aurata metalla!
Quas hominum reddunt facies? qualesque colores?
Nonne vides, audisve, perire in tempore parvo
Quam soleant, & quam vitæ copia desit,
Quos opere in tali cohibet vis magna? necesse est
Hos igitur tellus omnes exæstuet æstus.*

Ipsimet Talmudici^z fodinis (חריצים) suprâ memoratis, *exhalat*

t) Comment. in Deut. VIII. v. 9. p. 453. u) lib. 33. c. 6. p. 468. x) Geo. gr. lib. III. p. 146. fqq. y) lib. VI. vers. 808. fqq. z) ad §. at. citati, lit. b.

halationes istiusmodi nocivas tribuunt, seu vapores, qui continent, juxta verba Lucretii^a,

*Mortiferam vim de terra, quæ surgit in auras,
Ut spatium cæli quâdam de parte venenet.*

Et quotidiana experientia idem abunde comprobat, quod rarò vitam mediam attingant hujusmodi metallarii. Quæ ratio plerosque movit Principes, subditorum salutem amantes; ut mancipia potius operæ isti adjudicent, quàm cives ingenuos. Quorum laudabile institutum expressit hic David: nullâ profus ea propter crudelitatis nota conspicuus.

§. 33. Quid cum Rege ipso, omnis ludibrii Legatis facti cauta, si non prima, saltem præcipua, egerit; incertum est: ob ambiguitatem literæ כ, voci מלכו præfixæ. Si reddideris eam *super*, ut Neh. II. 12. & alibi; diceres, eum ad exemplum quinque istorum Amorrhæorum Regum, de quibus Jos. X. 24. pedibus subjectum fuisse subditorum: ut proculcarentur ab iis, quibus duræ servitutis extiterat causa. Tunc enim verteres ultima textus originalis verba, & *transire fecit ad metalla & lapicaedinas damnatos super Regem suum*, pedibus ipsorum enecandum, vel saltem conculcandum. Quod, quamvis iniquum non foret; discrepat tamen cum indole Davidis. Qui ad regiam evectos dignitatem honorificè semper excepit, utut sibi inimicos. Contineret etiam aliquam foevitiæ speciem, erga Regem mi-
ni-

a) l. c. v. § 19. fgg.

nimum exercitam : à qua tamen Davidem liberare conamur. Qui procul dubio exemplum præbuit successoribus, ut ob clementiam ipsis hæreditariam, nemo Regum se ipsorum arbitrio tradere dubitavit; eo nixus elogio, quod Reges Israëlitarum sint Reges benignitatis & misericordiæ ^b.

§. 34. Probabile tamen non est, eundem impunè fuisse dimissum, solis subditis sub hastam missis. Ut & in eo adimpleretur illud Horatii ^c:

Quicquid delirant Reges, plebuntur Achi-vi.

Quod dignitate Regia privatus fuerit, ea indicant, quæ de coronâ capiti ipsius detractâ, & Davidi impositâ, evidens affert Scripturæ litera ^d. Quæ & alibi testatur, fratrem ipsius *Schobi* dictum, in locum istius fuisse surrogatum : qui Davidi, filii insidias fugienti, ut tributarius & Vasallus adduxit victum ^e. Vero itaque consentaneum est, Regem dignitate spoliatum, unâ cum Principibus, ignominiam Legatis illatam (vadentibus, reliquisque subditis armatâ manu resistentibus, in exilium abductum fuisse, ad duras in metallis præstandas operas. Quem sensum verba textus Ebræi suppeditant, si כּוּּ vocis מְלִיכָא per *cum* reddideris, ut Lev. I. 16. & passim alibi. Ita enim literas in justa serie positas, (sive כּוּּ Masorethis dictum,) transferre licet, & *transire fecit*, vel *postquam transire fecisset eos unâ cum Rege suo*. Loco horrendæ fornacis lateritiæ, in solo

b) 1. Reg. XX. v. 31. c) Epistol. lib. I. ep. 2. v. 14. d) 2. Sam. XII. 30. e) 2. Sam. XVII. 27.

solo Masoretharum cerebro extractæ, (cum regiones Ammonitarum Judæorumque, iuxta dicta superius, vix ullas habuerint,) ibique tantum ignem evomentis crudelem.

§. 35. Quod contra hanc sententiam planam, à literis ipsis suppeditatam, & clementissimæ Davidis indoli convenientem, dubium afferri posset, à genere discrepante literæ finalis vocis במלכן petitum; levissimum est. Usitata quippe Generis Enallage scrupulum omnem tollit. Uti Suffixum ם sœpe adhibetur ad fœminas relatum, v.g. Exod. II. 7. Num. XXXVI. 6. c. XXVII. 7. Jud. XIX. 24. c. XXI. 22. Jes. III. 16. Ruth. I. v. 8. 9. 11. 13. 19. 22. Ita de viris usurpatur quandoque ך, Kimchio e approbante: qui huc trahit Ruth. I. 13. 2. Sam. IV. 6. Id quod Rabbinis ad eò frequens est, ut ם ferme penitus apud eos exulet f. Et forte non sine omni ratione diceretur, h. l. rectè tangi Ammonitarum mores effœminatōs g. Aliud tamen hic solvendum, quod videtur gravius, & aptum, ut omnia operosè dicta in momento prosternat. Scil. in libris Paralipomenon h, ubi concisè eadem repetitur historia, disertè dicitur iuxta Vulgatam: *facit super eos tribulas, & trahas, & ferrata carpenta transire; ita ut dissecarentur & contererentur.* Quæ ultimo loco de dissectione & contritione habentur, temerarium continent interpretis additamentum: de quo ne litera quidem in textu originali prostat. Verba etiam præcedentia ita expressa sunt, ut nullum fermè respondeat voci Ebrææ in sua locatæ

F

sede,

e) Michlol. f. 68. c. 1. med. f) Vid. Rabbini f. 35. 1. g) Vid. Interpr. §. 5. II.
h) 1. Chr. XX. 3.

fede: & unica ebraea הַיָּשָׁרִים tribus reddita sit Synonymis: reliquæ autem prorsus omittantur. Ebraicè dicitur $\text{וַיִּשֶׁר$ $\text{בַּמִּגְרָה וּבַחֲרִיצֵי הַבְּרֹזֶל וּבַמַּגְרָת}$, quod Jun. & Trem. translulerunt: & *dissecuit ferra, & tribulis ferreis, & securibus.* Quos sequuntur alii: nisi quod quidam literæ ebrææ magis inhaerentes, vertant *ferravit ferra &c.* quasi *id*, ut Piscator loquitur, *verbum ebraeum propriè significet.* Unde & nuperus admodum Scriptor, *Celob. Clericus* non dubitavit vertere: *ferra dissecuit, tribulisque ferreis, & securibus* (percussit).

§. 37. Omnis in prima voce וַיִּשֶׁר sita est difficultas: in qua sola cardo totius rei vertitur. Quam tamen nemo omnium videtur satis assecutus. Violentum est, quod circa eam affert *Ludov. Capellus* *. Unde minime insistam ejus vestigiis. Confert enim hanc vocem cum וַיִּשֶׁר libri Samuelis, eandem historiam enarrantis. Et ob ductus quosdam in literis ו & ר convenientes, arguit, in alterutro mendum esse: & utrinque vel וַיִּשֶׁר legendum, vel וַיִּשֶׁר . Periculosas hujusmodi solutiones, quæ Scripturæ autoritatem destruunt potius, quàm promovent, semper odi: vitam potius perditurus, quàm minimum jota de scripturâ mutem. *Diversi Scriptorum*, ut rectè judicat Buxtorfius ¹⁾, *diversis loquendi modis rem expresserunt eandem.* Quando autem idem vir celeberrimus subjicit, in libro Chronicorum propriè dici, & *dissecuit eos ferra*, i. e. *dissecandos condemnavit, & tradidit*; in eo insistit quidem vestigiis Rabbiorum, à plerisque Christianorum hîc calcatis; mihi tamen nec quicquam satisfacit.

§. 38. Ut

*) Crit. Sacr. lib. 1. c. 8. §. 4. 1) Vindiciarum Part. II. c. 2. p. 388.

§. 38. Ut taceam, וַיִּשֶׁר ex consensu omnium, *ferrandi* significationem concipientium, irregulariter dici, pro וַיִּשֶׁר, per (-) & Dagesch forte; ad originem נִשֵּׂר, quæ וַיִּשֶׁר *ferram*^k peperit, rite eliciendam. Quam alternationem si admiseris; quid obstat, quò minus veritas, & *ferrare fecit ferra*, i.e. coëgit eos ferrâ ferrare ligna^l? Quo sensu interpretem Chaldaëum h.l. intellexeris: utpote asferentem, quod נִשֵּׂר i. e. *in exilium eos abduxerit, & tradiderit ad ferras*. Hoc enim in illis quidem fieri potuit, qui ad ferras trahendas damnantur; non vero in his, qui in patria ferrâ fuerunt dissecti. Nisi dissecta eorum frustra extra patriam projecta frustrâ dixeris. Sed quia hæc significatio sequenti poenarum instrumento, *ferris fodire* parum convenit: utpote in quâ non *ferrandum*; sed *fodiendum*, ferrumque laboriosè excoquendum, & tractandum malleis. Et durum videtur, cum *Job. Clerico*, aliquod verbum de novo supplere, eoque ansam præbere, ut dicerent, sensum illatum esse textui, non in eo natum. Ideò nollem inhzrere eidem. Si tamen iisdem literis & punctis, ad ipsorum mentem, servatis, eâdemque radice constitutâ, usum in Profanis receptum^m in subsidium voces; significatio prodibit omnibus sequentibus poenarum speciebus æqualiter competens. Iuxta hunc enim vertere licebit: & *violenter*

F 2

tra-

k) *Jes. 15*. Chaldaei & Talmudici ejus loco dicunt נִשֵּׂר satis frequenter. l) Nam, quò minus dixeris, oblatre Interpretis §. 57. l. observandum, occurrere נִשֵּׂר מִן הַמַּסּוּרָה, *ferrant ex illis asseres*: it. *de Virginitate*, unde *Tosaph. Cod. Cethub. f. 11. b. i. i. & exinde Jom tob. ad l. c. cap. 1. th. 3. השיר הבהרתין* *destruere aliquam*.

traxitⁿ ad ferram, ad ferri fodinas, & ad scalpra secandorum lapidum. Aut sub alterâ ejusdem radicis significatione non minus frequenti, defluere fecit & marcescere ad ferram, in ferri fodinis, & ad scalpra. In quibus omnibus וַיִּשֶׁר dicitur, pro וַיִּשָּׂר, è themate נָשַׁר: nisi quod punctum diacriticum hic in dextero locetur cornu, quod in sinistro profat in textu Biblico.

§. 39. Verum profus necessarium non est, ut vel וּ in וּ mutatum, vel Dagesch in vocali longâ exhibitum, dixeris. Omnia servari possunt quoad literas pariter atque puncta: modò thema שׁוּר concipias, pro frequentiori שׁוּר recedere. Hac quippe ratione transferes: & recedere fecit ad ferram, & ad ferri fodinas &c. Quod enim וּ & ס & æquipolleant inter se, nemo notitiam linguarum Orientalium professus, unquam in dubium vocabit. Chaldæis unam constituunt literam. Unde pro hac ipsa voce, quam examinamus, juxta sententiam receptam intellecta, occurrit ordinarie נָשַׁר, non נָשֶׁר. Et ne illud in hac saltem radice שׁוּר minus usitatum dixeris, considera Hof. IX. 12. בַּשּׁוּרֵי, itidem per

n) Hoc sensu videtur sumi Cod. Berach. f. g. a. l. 25. in trito illo: אִסְכְּרָא דְמִיָּא כְּחִוְרָא אֲנִבְכָּא דְעִמְרָא דְלֵאחֹרֵי נִשְׂרָא. *similis est spina, in vellere lana implicata, qua à tergo violenter extrahitur.* Glossa enim ita reddit, כַּחֲזֵקֵי הַחִוְרִים הַנִּשְׁבָּכִים בְּגוֹת הַצִּמְר כְּשֶׁאֵדָם נוֹתֵק, כְּחֹזֶק וּמְשֻׁלָּךְ לֵאחֹר שְׂאֵי אִפְשֶׁר שְׁלֵא יִנְתֵּק הַצִּמְר עִמָּם h. e. sicut spinarum ramusculos lana velleri implexos, si quis evellat violenter, & à tergo projiciat; non potest non cum illis lana simul evelli. Etiam pilorum evulso violenta est, nisi accidat virtute medica: qua de Maim. Hilc. נְוִירוֹת cap. V. §. 12. הַעֲבוּר עַל רֵאשׁוֹ סֵם מְשִׁיר אֶת הַשֶּׁעַר וְהַשּׁוּר אֶת הַשֶּׁעַר. Raschi ad Lev. XI. 12. c. XXVI. 20. מְשִׁיר usurpat, pro eo quod in Siphra, unde mutuavit sua, dicitur מְקַלֵּיחַ.

per ψ pro σ scriptum: ubi totus contextus extorquet significationem *recedendi*: *ואי illis, cum ego RECESSERO ab illis.* Cujus exempli intuitu, nemo de jure quid culpae poterit in versione supra suppeditata, *recedere fecit ad ferras &c.* Quam etiam hoc nomine magni facio, quia quoad sensum exactè convenit cum העביר Samuelis. *Transire facere victos è patria sua ad ferram, & recedere facere à suis ad ferram &c.* quoad rem prorsus coincidunt. Unde & huic interpretationi unicè inhæreo: quamvis literæ ψ magis conveniret, si redderes, *Et præposuit ferra, ac ferri fodinis Et scalpris.* Verum servi poenæ vix aliquam sustinere possunt præfecturam. Nec satis constat, hos tanquam agnatos Judæorum, reliquis de Cananæorum reliquiis fuisse præpositos, iuxta dicta superius. Alioquin diceres, ex industria alluisse autorem libri ad nomina Consiliariorum, Regem seducentium, qui שרים vocantur, *Principes* σ , ex שור principatu fungi. q. d. qui genuino principatu suo malè abusi, ignominiâ legatis illatâ causam belli dedere: in posterum principatum exerceant non inter homines liberos; sed vel in mancipia suæ sortis, vel in *ferras, ferri fodinas, ac scalpra.* Ut strenuè illis usi, intra duros servitiî labores, cautius mercari discant. Sed prius omninò malim.

§. 40. Unde ne opus quidem erit, in sensu vocis *והשוך* eruendo, ad *משורה* *mensura* ρ , recurras; ut idem sit ac *mensuravit*, h. e. certo numero & *mensura*, alios ad *ferram*

o) 2. Sam. 1. 3. p) Ex Lev. 19. 35. Ez. 4. v. 11. 16. 1. Chr. 23. 29.

3
34. 6.
37
31
32. 38.
31
2
27.
26.
25.


ram, alios ad *ferrifodinas*, & rursus alios ad *scalpra* in lapicædinis damnavit. Prout in unoquoque vel noticia acquifita, vel corporis suadebat robur. Sanâ ratione eodem modo decernente, quo *mensurasse* dicitur alibi Moabitas 2. Sam. VIII. v. 2. Quamvis pro eo probando, non minus afferre posses subsidia Hermeneutica; quàm si in receptâ hætenus sententia de *ferrare*, vel *ferris dissecare*, acquieveris. Vt pote in quâ nuspiam amplius prostat: & unicum illud fulcrum à nomine conjugato *פיר* *ferra* petitum, itidem non nisi semel in Sacris legitur.


§. 41. Longius verò procul dubio recederet, qui *פיר* legere vellet, hæc additâ explicatione: *populum qui in ea, eduxit: nam rectus videbatur ad ferram, & ferrifodinas, atque ad scalpra secandorum lapidum.* Puncta non muto, nisi coactus, & ubi mutandorum occasionem ipsum orationis filum apertè suppeditat. Interpretes cujuscunque generis, imprimis veteres devotè veneror; sed ut homines, qui errare potuerunt, & in infinitis errarunt enormiter. Persvasus etiam sum, non omnem sapientiam ita Majoribus esse concessam; ut totus Sapientia fons ab illis prorsus sit exhaustus; nec posteris aliud relictum, quàm ut ex istorum lacunis sæpe turbidis avidè bibant, vanis & è præjudicio ortis opinionibus latrantem expleturi stomachum. Fert

& hæc aras viros ingenio pollentes: & plures excitabit in posterum Deus benignissimus.

Cui pro viribus nobis concessis, sit gloria & honor in sempiterna secula.

F I N I S.







que locus *1. Cor. XI, 5.* quo Paulus de Viris
 sque in Ecclesia prophetantibus loquitur. vide
 Celeberr. JOH. LIGHTFOOTVM in Ho-
 aic. Talmudicis ad hunc locum, p.m. 211. sqq. & ad
 V. 2. p. 239. sqq. Nulli præterea negamus, fami-
 n cum Deo intimam jure meritoque inter pri-
 ræcipua referri debere & posse, quibus alio-
 prophetæ hominum longissime transeunt condi-

Illustre hujus amicitia ex Sacra Scriptura,
 Abrahamum, videre potes in Mose, cui tan-
 id Judæi adscribunt gradum prophetiæ, ut
 BECHAI *Comment. in legem fol. 3. col. 1.* ארון
 כל נ omnium Prophetarum Dominum vo-
 conf. ABARBANEL *Commentario in Deute-
 ascha הברכה וזאת הברכה fol. m. שלה col. 3.* ad locum
 אלהים נביא ישראל לא קם נביא בישראל
 הימבין דהרמב"ן כתב שלא
 באה ההוררה בפסוק זה לספר מעלת
 של משה על כל שאר הנביאים כי כ
 זה בב"ב "מקומות הא' בפסוק וארא אל א
 ונזמר' והב' בפסוק אם יהיה נביאכם י
 בא לבאר שהיה נבואת משה כמרב עס חב
 אל פנים שמבין דבריו וכונתו באמריו ונהכר
 בפניו ולכן אמרו בבלעם בעת שהיה מנבא
 ישראל יהיה כן שעמר על דבריו השם
 רצונו וחפצו ככל העתיד לבא על י
 וכאלו היה הויה מנבא פנים בסני
 ואף על פי כן יש הפרש בין נבואת
 לנבואת בלעם כמו שזכרו בספר וכו' ו
 E 2 קם

the scale towards document